



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

XXII. De Capellis Ecclesiarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

DE CAPELLIS MONACHORVM. TITVLVS XXII.

Omnes Ecclesie possunt in diocesi sub iure Episcopi, etiam monasteria, & monachorum capella, nisi defendantur privilegio, vel prescriptione. h. d.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS. TITVLVS XXIII.

Xenodochia, Orphanotrophia, & loca similia Episcopi sub iure, ut providere debent, ne illorum rei dissipentur. h. d.

Quodammodo si titulum locorum Rectores exempti sint, tamen illorum cura postposita, bona & iura ipsorum ab usurpatorum manibus vendicare negligant, aut quocumque modo res illorum collabi sinant, poterunt ordinari auctoritate Apostolica sibi ex Viennensi concilio praefata, loca ipsa salubriter reformare, & occupata, alienata, deperdita, ut in statum pristinum redigantur, procurare, contraditoresque quoscunque per censuram ecclesiasticam & alius iuris remediis compellere, licet nullum per hoc exemptionibus, seu privilegiis, quod ad alia, praedictum generari debeat.

Ordinari loca pia & religiosa possunt reformare auctoritate apostolica, si per se reformantur. h. d.

Admistratores hospitalium aequiparantur tutoribus. h. d.

a Clem. 2. §. 1. de iur. iud. b. d. c. 1. de iur. iud. d. 1. de iur. iud. e. 1. de iur. iud. f. 1. de iur. iud. g. 1. de iur. iud. h. 1. de iur. iud. i. 1. de iur. iud. k. 1. de iur. iud. l. 1. de iur. iud. m. 1. de iur. iud. n. 1. de iur. iud. o. 1. de iur. iud. p. 1. de iur. iud. q. 1. de iur. iud. r. 1. de iur. iud. s. 1. de iur. iud. t. 1. de iur. iud. u. 1. de iur. iud. v. 1. de iur. iud. w. 1. de iur. iud. x. 1. de iur. iud. y. 1. de iur. iud. z. 1. de iur. iud.

rationem reddere: quod si fecus a quoquam fuerit attentatum, proviso, seu ordinatio minime valebit.

Supra dicta non habent locum in hospitalibus militarium ordinum, aut religiosorum. h. d.

Redicta a vero ad hospitalia militarium ordinum, vel aliorum religiosorum minime extenduntur. His enim suorum ordinum institutiones & consuetudines obsequere cogendi erunt.

Hospitalibus circa sacramentorum exhibitionem servanda est antiqua consuetudo. h. d.

DE SEPULTVRIS. TITVLVS XXIV.

Cur in Ecclesiis & locis sacris sepulturae constituantur.

Raclemus nunc de sepulturis, quae quidem per fideles, non nisi in sacris & religiosis locis, iudeo constituantur: quod minus ibi spiritibus vexantur immundis, & quod Sancto rum illorum commendatur patrociniis, quorum nomini Ecclesia, in qua corpora conquelescant, est consecrata. Accedit, quod defunctorum proximis ad sacra loca venientes, sepulturamque conficientes, suorum recordantur, & pro eis piis precibus fundunt. Unde & mortuorum sepultura, & coemeteria apud illas Ecclesias, & monasteria ex antiquo disposita esse comperuntur, in quibus religiosorum conventus sunt constituti, ubi orationes, & missarum solennia, tam pro vivis, quam pro defunctis, frequentius celebrantur.

Vnusquisque habet liberam facultatem sepulturam eligendi, & si qui non eligat, in parochiali Ecclesia, aut maiorum sepulchris est sepeliendus. h. d.

Regulariter igitur in parochiali Ecclesia, aut ibi quisepeleendus erit, ubi maiorum e suorum sepulchra constituta reperiantur: nulli f tamen propterea propriam, si contemptus ab sit, negatur eligere sepulturam: quod usque deo obtinet, ut antiqua dimissa, novam possit quis etiam in loco minus religioso sibi deligere: nec propterea poterit hodie electio talis impugnari, licet antiqua iura super hoc diversa esse videantur.

Vxor non tenetur sequi sepulturam viri, si velit aliam eligere. h. d.

Nec h ulla super hoc inter virum & mulierem facienda est distinctio, quasi uxor capitis sui sequi iudicium & sepulturam sit compellenda: sed utrique equalis erit eligendi facultas, cum huiusmodi electio ad curam statum pertineat, quod mulier a lege viri solvitur.

Si uxor sepulturam non eligat, tenetur sequi sepulturam ultimam viri, si plures habuerit. h. d.

Stamen ipsa sibi sepulturam non eligat, & plures foret viros habuerit, cum viro ultimo, cuius domicilium retinet, rumulanda erit.

Filius familiaris licet non possit aliquid relinquere pro anima, si careat castrensi pecunia, vel quasi, tamen potest sibi eligere sepulturam, nisi sit impubes: quo casu poterit pater sepulture illius, ubi voluerit, nisi sit consuetudo in contrarium. h. d.

De filio familiaris, an sibi sepulturam eligere valeat, dubitari poterit, & multum interest, an ejus aetas intra pubertatis annos contineatur, an vero pubertatem exceaserit: primo enim casu sepulturam eligere non poterit: permittendum h tamen erit patri, si id loci con-

a Clem. 2. §. 1. de iur. iud. b. d. c. 1. de iur. iud. d. 1. de iur. iud. e. 1. de iur. iud. f. 1. de iur. iud. g. 1. de iur. iud. h. 1. de iur. iud. i. 1. de iur. iud. k. 1. de iur. iud. l. 1. de iur. iud. m. 1. de iur. iud. n. 1. de iur. iud. o. 1. de iur. iud. p. 1. de iur. iud. q. 1. de iur. iud. r. 1. de iur. iud. s. 1. de iur. iud. t. 1. de iur. iud. u. 1. de iur. iud. v. 1. de iur. iud. w. 1. de iur. iud. x. 1. de iur. iud. y. 1. de iur. iud. z. 1. de iur. iud.